Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ammentor tuorum et caule omnium tuar. Benedicta
hereditas tua: et benedic reliquiae tuae. Benedictus eris
ingrediens et egrediens. Dabit dominus inimicos
tuos: qui consurgunt ad te: coram te conspectu tuo. Emittet dominus benedictionem super cellaria tua: et super opera manuum tuarum. Benedicet te dominus in terra benedictionis sibi magnum: sicut iuravit patribus tuis. Benedicetque tibi omnes terrae populi quod nomen domini invocatum sit super te. Graduale. Beatus vir: Sanctus

In illo tempore. Dixit dominus iis discipulis suis. Cantemus de
Quid vobis videtur: si habuerit alicuius centum
oves et erraverit una ex eis: nonne relinquit nonaginta
nonem in montibus et vadit quaerere eam quae erravit? Et si contigerit ut invenat eam. Amen
dico vobis. quia gaudet super eam magis quam super
nonaginta nonem quae non erraverunt. Sic non est
voluntas ante patrem meum qui est in caelis: ut pereat unus de pusillis istis. Si autem peccaverit in te
frater tuus. vade corripe eum inter te et ipsum solum
Si te audierit. lucratus eris fratrem tuum. Si autem non te audierit. adhibe tecum adhuc unum
vel duos ut in ore duorum testium vel trium stet
omne verbum. Quod si non audierit eos: dic ecclesiae
Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus
et publicanus. Amen dico vobis: quecumque alligaveris super terram: erunt ligata et in celo. Et quecumque solveris super terram: erunt soluta et in celo. Iterum dico vobis. quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcumque petierint fiet eis a patre meo qui in celis est. Ubi enim duo